SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA
Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 162v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



.L.

pollentam tardamanum et panem cum sale. Cere
mon stoycus vir eloquentissimus narrat de vita
sacerdotum egipti quod omnibus mundi negociis cuiusque
depositis semper in templo fuerunt et rerum naturas
ac causas et syderum rationes contemplati sunt nec
umquam se mulieribus commiscuerunt nunquam liberos
cognatos vel propinquos viderunt ab eo tempore
quo ceperunt divino cultui deservire qui carnibus
et vino semper se abstinuerunt et pane raro vescebantur
ne stomachum onerarent oleum tantum in hole-
ribus noverunt et in tantum abstinentes erant quod lac
et ova vitabant quorum alterum carnes liquidas
alterum sanguinem esse dicebant solo colore muta-
to cubile insuper eis erat de foliis palmarum et bid-
uo triduoque mediam sustinebant. Et sic humores
qui nascuntur ex otio nimio victus castigatione
siccabant. Narrat iosephus esseos indorum
religiosorum uxoribus et vino semper abstinuisse ita
ut quottidianum ieiunium verterunt in naturam
Eubolus in historia sua quam scripsit ut narrat persarum
magistros viros doctissimos et eloquentissimos
excepta farina et olere nihil aliud in cibo su-
mere. Euripides in Creta insula Jonas propheta
non solum carnibus abstinuisse sed in coctis
cibis. Refert xenocrates philosophus dicit apud a-
themenses tria tantum fuisse precepta. Primum
de honorare parentum. Secundum de veneratione deorum
Tertium de carnibus non edendis. Dicitur in histo-
ria ecclesiastica quod dum magnus allexander per quandam
insulam cum exercitu magno iret Et ipse et exercitus
omnis siti quasi deficerent quidam obtulit ei pro
magno munere typhum aque at ille bibere noluit
sed solum ipsam aquam corpus infudit Videbatur
sibi turpe si biberet cum alii quid bibere non ha-
berent. Impor ut cassiodorus ait cum in extatis
feruore pro maximo per viam cum multitudine militum